



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De delectu locorum, & figurarum, ad amplificationem obiter monitum.  
Capvt XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Iimus ex Cicerone, singit enim hoc inter eam accidisse priuato. Eiusdem est illud in Catilinam. Serui me hercule mei, si me isto patre metuerent, ut te metuerunt omnes tui, dominum meam relinquendam putarem. Collatione exempli, quies propofito velut simili exemplo efficiens, ut id quod exaggeramus, aut proximum illi, aut par, aut maius etiam videatur; velut Cicero pro Cluentio, cum ex poluſſet Milesiam quandam à secundis here-dibus pro abortu pecuniam acceſſe, quanto eſt, inquit, Opianicus in eadem iniuria, major supplicio dignus; Siquidem illa cum suo corpori vim attulisset, ſe ipsa cruciata: Hic autem idem illud efficit per alieni corporis cruciatum. In hoc genere non ſolum tota totis, ſed etiam partes partibus comparentur, ſicut hoc loco pro Milone. An vero vir amplifimus Scipio Tyberium Gracchum mediocriter labefactantem rēmp. priuatus interfecit, Catilinam orbem terrae cede atque incendio vastare molientem nos consules perferemus? hic & Catilina Gracchus, & status Rēp. orbi terrarū, & mediocris labefactatio cædi & incendijs & vastationi, & priuatus eosulibus comparatur. Quæ ſi quis dilatare ve-lit, plenos per singula locos habeat.

*Nonus per eleuationem grauium.*

#### CAPVT XVII.

**F**it quoties res atrocissimas quasque in summam ipſi exulimus inuidiam, cleuamus confituto, quo grauiora videantur, quæ sequuntura ſunt. Quod genus eſt illud Ciceronis: Leua ſunt hæc in hoc reo. Merum virgarum nauarchus nobilissimæ ciuitatis prelio redemit, humana eſt. Atrocissimum quiddam expectetur necesse eſt, cui hæc quæ ſunt atrocia, comparata, humana atque yſitata videantur.

*Decimus per congeriem.*

#### CAPVT XVIII.

**A**mplificamus & congerie verborum & fenſentiarum, idem ſignificantrū, quæ finitima eſt figura: οὐωρένομα. de qua prius dictum eſt. Vtitur hac M. Tullius in actione pro Ligario. Quid enim tuus ille, Tubero, diſcretus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille muero petebat? qui ſeſlus erat

armorum tuorū? quæ tua mēns? oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Hic velut acerbo creuit oratio. Idem fit interim omnibus altius atque altius insurgentibus; vt in hoc exemplo: Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque ſociorum, & ciuium Romanorum lictor Sextius,

*Vndeclimus per correctionem.*

#### CAPVT XIX.

**A**mplificamus etiam quasi correctione quadam, vt Cicero in Verrem: Non enim furem ſed raptorem, non adulterum, ſed expugnatorem pudicitia, non ſacrilegium, ſed hostem ſacrorum religionumque, non ſicarium, ſed crudeliffimum carnificem ciuium ſociorumque in vestrum iudicium adduximus.

*Duodecimus per congregatas defi-nitiones.*

#### CAPVT XX.

**T**ale eſt illud D. Chrysostomi, vbi eu-tem ſic defribit. Crux totius bearitudinis cauſa, discordiae amputatio, pacis firma-mētum, bonorum omnium copioſa largitio, ſalutis indicium. Sol iuſtitia, ſpes Christianorum, refurrectio mortuorum, cæcorum Dux, claudorum baculus, conſolatio paue-rum, frānum diuitium, euersio ſuperborum, triumphus aduersus dæmonias, &c.

De iſti definitionibus abunde dixi ſupe-rius. Item ille amplificandi modus fit per e-pitheta & aduerbia.

*De delectu locorum, & figurarum, ad amplificationem obiter monitum.*

#### CAPVT XXI.

**A**Que ne tantum ad criminum, & male-ficiorum amplifications tradita ratio pertinere videatur; Si disquisitiū enucleare velis, illinc prestantiſſimarum rerum excellē-tum gloriam, illinc virtutum decus, illinc vi-tiorum turpitudinem, illinc calamitatum atrocem ſpeciem, illinc admirabilium rerum naturas,

naturas, illuc exquisissimarum artium de-  
licias, & cætera id genus augeri necesse est.

Sed qui proprii sunt singulorum loci, com-  
modius opinor in epidictico genere differ-  
imus: Nunc ut id obirem præcepamus, res vel  
corporæ sunt, vel ab omni materiae concre-  
tione leceræ, quæ sunt corporis expertes, vt  
Deus, Angeli, mentes, virtutes, scientiæ, pri-  
mum ornantur loco negationis, quædam e-  
nī ad sublimia sunt, vt facilius sit dicere,  
quid non sint, quam corum naturam expli-  
care, nec immerito sapientes illi A Egyptiis a-  
pud Damascum, pro omni laude diuina ter-  
ror & ægypse, id est in cognita caliginē incla-  
mant. Deum scilicet adumbrantes, cuius cog-  
nitio, cum tantis difficultatibus sepa sit, me-  
lius securus ignorando, quam temere aliquid  
asserendo.

II. Loco ὑπεροχῆς hoc est eminentiæ, cum  
ex varijs rebus, quasi florculos perfectionis  
decepimus, quos in care, quam commendan-  
dam suscepimus, longè excitatiū vigore  
ostendimus:

Tertius locus est ab affectis, quo res spiri-  
tales οὐματοποιούσι τινα, id est, quasi corpore  
vestiuntur, vt præter suam naturam morta-  
lium sensibus subiiciantur.

At vero vbi res corporæ sunt, & ex varijs  
conflate partibus sapissimè, vt in descrip-  
tionibus fieri solet per ipsarummet partium e-  
nucleationem, & adiuncta frequentantur,  
quanquam nulla res est, quæ per omnes locos  
communes attollit non possit. Itaque in  
toto genere valent, quod docet Marcus  
Tullius, definitiones conglobatae, consequen-  
tium frequentatio, & contraria, & dissimili-  
tum, & inter se pugnantium rerum con-  
flictio, & caussæ, & ea, quæ sunt de caussis or-  
ta, maximeque similitudines, & exempla.

Figurae in rebus illustrandis adhibentur  
leniores, & magis compæ, vt hypotyposes,  
distributiones, antonomasie, quedam excelle-  
entes. In contentiōibus vero aduersus cri-  
mina usurpantur vehementes increpa-  
tiones, ironiae amarulentæ, epi-  
phonemata, execrationes,  
Apostrophæ.

(3)

### De detectu verborum ad ampli- ficandum.

#### CAPVT XXII.

**V**erba quoque, qnto præcipit M. Tullius,  
vt O acerbam mihi(indicet) temporis illius me-  
moriam, & loci, cum hic in me incidit, comple-  
xus s. confpersiæ, abrymas. Grauia, vt, Pra-  
miorum amplissimum gloria, qua breuitatem  
vitæ posteritatis memoria consolatur. Plena, vt,  
De me semper P R. semper omnes gentes loquen-  
tur, nulla unquam obnubilesceret vetustas. Sonâ-  
tia, Polluerat stupro sanctissimas religiones, sena-  
tus grauissima decreta perfrigerat.

Addit idem auctor, iuncta, facta, cognosc-  
minata, non vulgata, superlata, in primis que  
translata. Iuncta sunt composita, quæ grauius  
sunt anhelata, vt, contrucidare, pertinere:  
Facta, vt, Vllamne Appicatam, aut Lenitatem  
valere apud me plus quam ornamenta vir-  
tutis existimas? Sed hoc parcius imitandum:  
Cognominata, vt expellentur, exterminabitur  
eycietur. Non vulgata, vt, Quis ille præp-  
aementia eas, prostrati que sanctissimæ lucis  
sub strucitionum insantis molibus oppresserat. Su-  
perlata, faxa, & solitudines voceret respondent.  
Translata, vt, Omnes in me, meo que redundans:  
ex illo fonte dolores.

Hæc omnino maiestatem attollunt oratio-  
nis, vbi præcipue figuris dictiōnum illigan-  
tur, quales sunt, isocola, anadiploses, asynthe-  
ta, Polysynthia, & cætera huiusmodi, quibus  
ad rei cumulum circundatæ quasi tornover-  
borum circumscriptiones, quam aptissimè iun-  
guntur.

### De mixtura locorum, & figurarum.

#### CAPVT XXIII.

**Q**uod vero ad mixturas attinet locorum,  
& figurarum sunt, qui ista putidius inqui-  
rant, & putent non nihil ab antiquis, in hac  
temperie religiosius obseruatum. Mihi ve-  
ro videntur veteres Oratores ad hanc pri-  
mum curam animum intendisse, vt quam  
illustres locos, & figuræ deligerent. Deinde  
eandem pro rerum opportunitate, vt magi-  
stra ratio, & prudentia suaderet, variè com-  
miserent, in qua mixtura tanta est diuersitas,  
vt difficile sit certis iam complecti legibus.  
Nam